At Deus tum, inquit, eis, aſtitit, eosq́ʒ ex flamma eripuit. maximè id quidem; tu quoque ſi omnia, quæ à te requirũtur, præſtiteris, diuinum auxilium ſequetur omnino. Veruntamen ego pueros non eò miror, beatosq́ʒ ac fœlices æſtimo, quòd flammam conculcârunt & vim ignis vicerunt; ſed quod verorum dogmatum cauſſa vincti, in caminum coniecti, & igni traditi sũt. Hîc enim eis totum trophæum abſolutum eſt, & ſimul atque in caminum coniecti ſunt, impoſita corona, & ab illis verbis texi cœpta etiam ante rerum euentũ, quæ magna cum fiducia libertatéque loquendi ad regẽ ducti in medium protu-

Ἀλλ' ὁ θεὸς τότε, φησὶ, παρέστη αὐτοῖς, καὶ ἐξήρπασεν αὐτοὺς τῆς φλογός. μάλιστα μὲν οὖν, καὶ σὺ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα ἐὰν παράσχῃς, τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ ἕψεται πάντως. πλὴν ἀλλ' ἐγὼ τοὺς παῖδας ἐκείνους οὐ διὰ τοῦτο θαυμάζω καὶ μακαρίζω, καὶ ζηλωτοὺς εἶναί φημι, ὅτι τὴν φλόγα κατεπάτησαν, καὶ τῆς τοῦ πυρὸς ἐνεργείας κρείττους ἐγένοντο· ἀλλ' ὅτι ὑπὲρ τῶν ἀληθῶν ἐδέθησαν δογμάτων, καὶ εἰς κάμινον ἐνεβλήθησαν, καὶ τῷ πυρὶ παρεδόθησαν. ἐνταῦθα γὰρ αὐτοῖς ἅπαν τὸ τρόπαιον ἀπήρτισται, καὶ ὁμοῦ κατενεχθεῖσιν εἰς τὴν κάμινον, στέφανος ἐπετίθετο· καὶ ἀπὸ τῶν ῥημάτων ἤδη ἐκείνων ἤρξατο πλέκεσθαι, καὶ πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως, ἃ μετὰ πολλῆς τῆς παρρησίας καὶ τῆς ἐλευθεροστομίας πρὸς τὸν βασιλέα ἀχθέντες εἰς μέ-